

A Vidimus h̄ic, quām non deserat suos Deus in maximis periculis constitutos. Rursus, quām sancti in periculis ita fiduciam habeant in Dominum, vt interea nihil negligant, quod ad liberacionem facere queat.

SUMMA PSALMI.

Celebratur hoc Psalmo bonitas Dei erga se colentes, innocuos & omnē in se fiduciam collocantes: quos ita predicatoru sua bonitate complecti, vt inuocantes se in necessitatibus constitutos exaudiat, prop̄ est, liberet ac tueatur. Rursus ita iustus iudex erga reprobos & impios, vt etiam memoriam eorum excindat, & prorsus desolatos reddat. Celebrantur autem ista ad hoc, vt excitentur mentes mortalium ad laudem & cultum Dei, deinde & ad studium innocentiae.

Divisio Psalmi.

Est autem hic Psalmus omnino planus, vt nihil difficultatis sit in legendo & intelligendo: unde non est necesse vt multis exponatur. Tria agit Vates.

1. Principio, versibus 1.2.3. & se & alios ad laudandum & extollendum Deum excitat.
2. Deinde versibus 4.5.6.7. causam reddit, unde isto sit affectu ad laudandum Deum motus.
3. Tertio, vsg, ad finem Psalmi hortatur ad fiduciam & cultum Dei: simulq, admonet, vt innocentia & timori Dei opera detur: adiectis argumentis, partim ex bonitate Dei erga suos, partim ex illius iusto iudicio & severitate erga impios sumptis.

B ENEDICAM Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. VERS. I.
 2. In Domino latatur anima mea: audiant adflicti, & latentur.
 3. Magnificate Dominum tecum, & exalte nomen eius simul.
 In Domino latatur anima mea.] Ebr. וְבָרַחֲלֵל נִשְׁתַּחַת. Gr̄c. & vulg. Lat. Laudabitur anima LECTIO.
 mea. Sic & Iustin. & Felix & Hieron. & Chald. Pagn. In Domino laudabit se anima mea. Fe- vers. 2.
 linus & Tigur. Glorabitur anima mea. Camp. In laudando Domino occupata erit anima mea.

Duo sunt his tribus versibus notanda. Vnum quanta gratitudine ardeant pij, auxilium Dei excepti, ad laudandum Deum: cūm interea impij, qui & ipsi multis & magnis beneficijs Dei potiuntur, sint prorsus ad laudem Dei stupidi, ac plus quām irrationalis bestiæ muti. Prophetā nō solū in præsentiarum os suum ad laudem Dei aperit sed pollicetur hoc se perpetuō & indesinenter facturum: idque non ore solū, sed simul & mente & ore. Væ nostræ stupiditati.

B Alterum est, quod h̄ic videmus, quis sit affectus Prophetæ erga reliquos adflictos & pios, quē non obscurè prodit in eo quod dicit: Audient adflicti, & latabuntur. Magnificate Dominum tecum, & exalte nomen eius simul. Iucundissimus est iste mutuus in laudem Dei piorum affectus congratulandi, videlicet si quis adflictus à Domino fuerit liberatus: & simul magnificandi diuinam clementiam. Quid aliud h̄ic prædicatur in mutuo isto piorum affectu: quām vera erga Deum & proximum dicitur? Expendamus quæso, quales nos h̄ic simus.

4. Exquisui Dominum, & respondit mihi, & ex omni angustia mea eripuit me.
5. Aspiciant ad illum, & properent, & facies ipsorum non pudefient.
6. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eius seruauit eum.
7. Castrametatur angelus Domini in circuitu timentium eum.

Aspiciant ad illum] Sic habent Ebræa. Græcus tamen & vulg. Lat. in secunda persona legant: Ac. LECTIO.
 edite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Hieron. sic: Respice ad eum, & confluete, & vultus vestri non confundentur. Iustin. Respicite ad eum, & illuminamini. Felix: Respergerunt ad ipsum, & cœcurrerunt, & vultus eorum non confundentur. Pagn. Aspicerunt ad eum, & illuminati sunt, & facies eorum non sunt pudore affectus. Tigurin. Respicient ad illum, & confluent. Camp. Conuertant ergo se ad illum properè.

Castrametatur angelus Domini.] Ebr. תְּמִימָה Græc. ταρπυθελλα. Vulg. Lat. Immitet. Hieron. Circundat. Iu. vers. 7.
 stinian. Firmat. Felix: Moratur.

Quia tribus primis versibus dixit se laudaturum Dominum perpetuō, & simul ad illius laudem & alios adhortatus est: consequenter subiicit, qua id causa faciat. Est autem causa quam redit, hæc, quod exauditus & liberatus sit à Domino, cūm in tribulatione ad illum clamaret. Vnde colligit, ita benignum esse Dominum, vt non deserat claimantes ad se. Hæc causa illi digna videtur, propter quam nequeat vñquam satis laudare Dominum, & cuius gratia sit ab omnibus mortalibus extollendus.

Exquisuit Dominum, & respondit mihi.] Quomodo & vbi quæsivit Dominum, cūm esset extra eam OB. S. I.
 terram projectus, in qua erat locus querendi Dominum, & constitutus esset in aula regis impij? vers. 4.
 Ergo vbiique potest inuocari & queri Dominus: qui cordis affectu queritur ab adflictis vbiuis constitutus.

Et properent.] Non sine emphasi dictum est. Quasi dicat: Frustra tentabunt omnia, frustra querent alibi: proinde mox ad Dominum aspiciant, & properent, nisi perire velint. Nos vero ita comparati sumus, vt non prius ad Dominum, sed tum deum, idque cunctanter, aspiciamus, cūm despetate videntur omnia.

EXPLA-
NATIO-

C 4 Iste ad.